rerum hereditariarum **1** omnimodo veniet: hoc est, earum quae in causa hereditaria manent: earum autem quae in causa hereditaria non erunt, non alias mittitur, quam si dolo malo in ea causa esse deserit: nec semper, sed causa cognita. **m** Bonorum autem appellatione haeres res comprehensae videbuntur, quarum proprietates **n** ad heredem pertinet. Sed & si vectigales **o** agri sint, & si qua pignora testatori data, **p** in eorum quoque mittetur possessio. Sed & in partus ancillarum, & foetus pecorum, item fructus, & quae omnimodo legatarius & fideicommissarius mittentur. Sed & si rem alienam defunctus bona fide emerit, in possessionem eius mittendum legatarium constat. **q** nam & haec res in causa hereditaria est. Si deposita res apud defunctum fuerit vel commodata, locum missio non habet: **r** quia non sunt istae res hereditariae.

Quando est facta missio in parte rei communis, alius in cuius partem non est facta missio, potest fatidare, & administratio

ueritatem vel hereditatem significat: vt. j. tit. j. l. ij. in princ.

o *Vectigales*. id est emphyteutici: vt. §. qui fatidat. cog. l. sciendum. §. ij. & facit infra de verbo. signi. l. bonorum. §. j. & §. fami. ercisc. l. item praedia.

p *Data*. facit. d. l. bono. & §. de peti. here. l. & non tantum. Acc.

q *Constat*. facit. §. de re. eo. l. magistratus. §. j.

r *Non habet*. secus in peti. here. vt. d. l. & non tantum.

Si ex duobus.] **CASVS.** Ponamus quod Titius instituit sibi heredes Seium, Gaium, & Sempronium: & legauit Martino & Petro cuiuslibet centum, & decessit. Petunt Martinus & Petrus ab heredibus satisfactionem de legatis ab eis soluendis: & alter de heredibus paratus est fatidare de legatis eis soluendis, puta Gaius: & alter puta Sempronius, non est paratus fatidare. certe in partem eius Sempronij qui non fatidat, debet habere locum missio in posses. missio inquam in posses. partis eius qui non fatidat, quare suadendum erit, siue consilium dandum heredi qui fatidat pro sua parte, vel paratus est fatidare, vt fatidat in assem vel in totum. scilicet legatarius ne administratio impediatur per legatarios. Ponamus quod Titius instituit sibi filium suum impuberem, & ei pupillariter substituit Seium. id est si impubes heres ei non esset, & in pupillari aetate decederet: & a dicto substituto impuberis plura legata quibusdam reliquit, & decessit dictus Titius, & pupillus extitit ei heres, & etiam plura acquisiuit ei impubes aliunde: puta quia fuit institutus ab aliis, vel ei fuerunt legata ab aliis relicta, & postea decessit dictus impubes in pupillari aetate: & sic vindicauit sibi locum substitutio pupillaris ei per patrem facta de Seio, & debet soluere Seius substitutus legata a se relicta per patrem impuberis: vt argu. supra ad leg. Falcid. qui fundum. §. qui filios. legatarij igitur petunt ponamus a dicto substituto vt fatidat eis nomine legatorum eis per eum soluendorum, & ipse non vult eis fatidare. vn de debent legatarij mitti in possessionem. vt supra titu. j. l. ij. respond. certe habebit locum missio in posses. non solum in ea bona quae testatoris fuerunt: verum etiam in ea quoque scilicet bona quae impubes acquisiuit, scilicet aliunde quam a patre testatore. nam haec quoque scilicet bona quae impubes aliunde acquisiuit, sunt hereditaria. id est videntur esse in hereditate testatoris patris impuberis, cum ad ea etiam substitutio

missio non habet: quia non sunt istae res hereditariae.

1 *Hereditariarum*. etiam omnium: vt. j. qui ex causa in posses. ea. l. j. secus cum sit missio ex rescripto principis, quia in eis tantum de quibus erat iudicatum: vt supra tit. j. l. postquam. §. j.

m *Cognita*. vt. j. e. l. si. & j. ea. l. §. sed non omnem: afficit ergo rem quocumque vadat: & sic facit pro eo quod not. C. de pign. l. ij. item facit. j. e. l. si legatorum.

n *Proprietates*. & alia plura, vt subiicit. quandoque dictio, bonotum, vni

porrigatur: vt supra de vulga. substit. l. sed si plures. §. ad substitutos. constat autem quod in possess. rerum hereditariarum mitti debent legatarij quibus non satisfatur: vt supra ea. l. §. qui in possess. viuo autem impubere, subaudi: & sic non habente adhuc locum substitutione, siue substituto, nec legato à substituto relicto habente locum nec satisfatio, scilicet pro legatis à substituto relicto, locum habet: nec missio scilicet in possess. locum habet, subaudi: & ita non est necesse querere in qua bona fieri debeat missio, Viuianus.

a In partem eius. scilicet qui non satisfedit.

b Missi. scilicet in partem eius qui non satisfedit. & hic est duplex litera. nam aliàs est, & redderent ei qui satisfedit administratione rei, scilicet suae partis, & nõ alterius. sic & in causa damni infecti si plures sint domini domus ruinosa: vt. j. de damn. infect. l. in stipulatione. & §. communi. di. l. si quis putat. §. si damni. & sup.

de negociis. l. si communes. alia est, missi legatarij impedient etiã ei qui satisfedit. rei administratione. & hæc est planior, vt subiicit.

c suadendum. consilium, non præceptum. sic. §. de rei vindi. l. is qui & facit. §. ad Trebel. l. ita tamen. §. quod si duo. Sed arg. contra. j. de noui ope. nuntia. l. antepe. §. quæ situm. Accursius. **ADDITIONE**. Dic secundum Barto. quod hoc est ideo, quia in stipulatione deducitur operis destructio: quæ est indiuidua. hic deducitur legati solutio, quæ est diuidua eadem ratione cautionis præstatione quæ eius naturam sequitur: vt. §. tit. j. l. §. si quis.

d Hereditaria. ad ea enim porrigitur substitutio: vt instit. de pupil. substit. §. non solum. Accursius.

e viuo. quia non debet quis esse sollicitus de hereditate viuentis: vt §. de pupil. substit. l. ij. §. prius. nec dicitur vlla esse hereditas viuentis: vt supra de heredi. ven. l. j. & not. supra tit. j. l. hæc stipulatio. & facit supra ad Trebel. l. ita. §. à patre. arg. contra supra de heredi. ven. l. ij. §. illud potest queri.

f si heres. **CASVS**. Si ille à quo fideicommissum relicto est alicui per defunctum, non sit heres scilicet de iure civili, sed successor alterius nominis, puta bon. possess. de iure prætorio: vel non est heres institutus, sed est fideicommissarius vniuersalis: dicendum est vt sit locus edicto. scilicet vt fiat missio in possess. si non satisfidet fideicommissario singulari: & est dicendum vt dolus eius, scilicet successoris sit a stimandus, per quem. scilicet dolum desinat res aliqua esse hereditaria: vt scilicet nihilo minus fideicommissarius singularis mittatur in eius rei possess. scilicet vt si sit heres heredis qui dolo fecit, scilicet quo minus res aliqua sit hereditaria, & qui non vult satisfidare fideicommissario singulari, æque siue eodem modo nocere habebit, scilicet dolus eius: vt nihilo minus legatarius mittatur in possessione rei quam heres heredis fecit dolo desinere esse hereditaria: & dolum accipere debemus etiam latam culpam: sed non debemus accipere omnem dolum, sed illum qui factus est, scilicet per aliquem de dictis successoribus, in necem aliorum legatariorum vel fideicommissariorum. Viuianus.

f si heres non sit. scilicet de iure civili.

g successor. vt bonorum possess. ad quod. §. tit. j. l. §. non solum vel fideicommissarius: vt. §. tit. j. l. si ex causa.

h Dolus eius. scilicet talis successoris per quem desinit res hereditaria esse: vt. §. ea. l. §. qui in possessione. & j. eo. l. si legatorum.

i Dolus. quia lata culpa dolo comparatur: vt supra depo. l. quid Nerua.

k In necem. exigitur ergo respectu certæ personæ. sic & j. quibus ex cau. in poss. ea. l. Fulcinus. §. quod si aduersus. & §. illud. & §. sol. mat. l. etiam. §. licet. & j. vi bo. rap. l. ij. §. homines.

Imperator. CASVS. Si heres non satisfidet legatorum vel fideicommissorum nomine, mittitur statim legatarius vel fideicommissarius in possessio. rerum hereditariarum: vt supra ea. l. §. qui in possess. & §. tit. j. l. ij. respon. quo missio adhuc vsque ad sex menses satisfidare volens heres audietur, & cogetur discedere de possessione legatarij vel fideicommissarij: vt supra tit. j. l. si legatarius. si vero per totum semestre tempus prætermiserit heres satisfidare, ita quod

non satisfedit de legato vel fideicommissio soluendo, nec soluit, punitur ex rescripto imperatoris Antonini. §. vt etiam in propria bona heredis mittantur legatarij vel fideicommissarij quibus non est satisfidatum nec satisfactum: & exinde iidem ex rebus heredis percipient fructus donec satisfiat voluntati defunctorum qui reliquerunt legata vel fideicommissa. quod remedium rescripti imperatoris Antonini. §. vt etiam in propria bona heredis mittantur legatarij vel fideic. quibus non est satisfidatum nec satisfactum, seruetur etiam aduersus eos non heredes qui ex causa fideicommissi ab eis relicti faciunt moram. Sed qualiter debet satisfieri voluntati defuncti vel defunctorum postquam facta est missio in bonis heredis? certe per solutionem legati vel fideic. & non per satisfidationem: licet aliàs verbu satisfidationis latius pateat. proinde si remissa sit satisfidatio. scilicet à testatore, habebit nihilominus locum rescriptum imperatoris Antonini, quia fit mora solutioni legati vel fideicommissi. tempus autem dictorum sex mensium debet computari continuum ex die quo petiit legatarius vel fideicommissarius sibi solui legatum, vel pro eo satisfidari coram illis quorum de ea re notio est, vt transactis continue illis sex mensibus fiat missio in bonis heredis, & statim percipiat ex eis fructus legatarius vel fideicommissarius donec satisfiat. nõ autem est computandum dictum tempus possessorium, id est non expectatur perceptio fructuum per sex menses ex quo legatarius vel fideicommiss. est missus in poss. bono. heredis cessantis satisfidare voluntati defuncti. Quid si heres institutus qui debebat soluere legata vel fideicommissa, erat pupillus, & non habebat tutorem, vel erat furiosus vel adolescens, & non habebat curatorem vel curatores, & legatarius vel fideicommissarius est missus in possessio. rerum hereditariarum cum peteret sibi satisfidari ex parte pupilli vel adolescentis vel furiosi, & non satisfidatum sit ei? nunquid post sex menses mittitur legatarius in possessione bonorum ipsius heredis, & recipiet fructus ex eis? & dicas quod non. non enim videntur cessasse in soluendo legato. nam huiusmodi personis quæ sunt indefensæ, non debet nocere frustratio siue cessatio, vel mora in soluendo legato vel fideicommissio, & idem est si hereditas iacuerit aliquo tempore dictis sex mensibus. nam illud tempus quo iacuit hereditas, est detrahendum de medio siue de dictis sex mensibus, ita quod in eis non computetur. Sed quid faciet heres de fructibus quos percepit ex rebus hereditatis (de quo herede dictum est in principio) in quas missus est dictis sex mensibus? nunquid cedent ij fructus in vicem vsurarum quæ debentur ex fideicommissis? & certe debent dicti fructus primùm imputari in vsuras quæ debentur ex fideicommissis: & postea si quid superfluum est in fructibus, debet computari in sortem legati vel fideicommissi. nam in hoc pignore prætorio sequimur exemplum pignorum conuenientium. nam sic est in fructibus pignorum conuenientium: & si ex dictis rebus heredis cessantis percepit legatarius amplius quam sibi deberetur, debet dari heredi etiam utilis actio, scilicet pignoratitia contra legatarium ad id superfluum sibi heredi reddendum: & hoc exemplo pignoratitiæ actionis quam habet debitor contra creditorem conuenientem, si creditor conuenientis percepit ex fructibus pignoris quod sibi debetur. nam illud superfluum petit debitor ab eo per pign. ac. quamuis autem in duobus assimilatum est hoc pignus prætorium pignori conuenientali, tamen in tertio differunt: quia pignora scilicet conuenientalia potest creditor etiam distrahere, nedum fructus percipere: ex isto autem pignore prætorio potest legatarius tantummodo fructus recipere: & ideo permittit constitutio imperatoris Antonini hunc legatarium percipere fructus, vt festinetur ad sententiam siue mentem constitutionis eiusdem, quæ voluit satisfieri legatario secundum voluntatem defuncti: non autem potest legatarius talis pignus prætorium vendere. hoc dicit vsque ad. §. qui legatorum. Viuianus.

datio locum habet.

Etiã successor iure honorario tenetur hoc edicto, sicut successor de iure ciuili.

Si heres non sit à quo fideicommissum relicto est, sed alterius nominis successor: dicendum est, vt edicto locus sit, & dolo eius sit æstimandus. Sed & si heredis heres sit qui dolo fecit, æquè nocere debet. Dolum accipere debemus & culpam latam, sed non omnem dolum, sed qui in necem legatariorum & fideicommissariorum factus est. Imperator Antoninus Augustus rescripsit, certis

rescriptum imperatoris Antonini, quia fit mora solutioni legati vel fideicommissi. tempus autem dictorum sex mensium debet computari continuum ex die quo petiit legatarius vel fideicommissarius sibi solui legatum, vel pro eo satisfidari coram illis quorum de ea re notio est, vt transactis continue illis sex mensibus fiat missio in bonis heredis, & statim percipiat ex eis fructus legatarius vel fideicommissarius donec satisfiat. nõ autem est computandum dictum tempus possessorium, id est non expectatur perceptio fructuum per sex menses ex quo legatarius vel fideicommiss. est missus in poss. bono. heredis cessantis satisfidare voluntati defuncti. Quid si heres institutus qui debebat soluere legata vel fideicommissa, erat pupillus, & non habebat tutorem, vel erat furiosus vel adolescens, & non habebat curatorem vel curatores, & legatarius vel fideicommissarius est missus in possessio. rerum hereditariarum cum peteret sibi satisfidari ex parte pupilli vel adolescentis vel furiosi, & non satisfidatum sit ei? nunquid post sex menses mittitur legatarius in possessione bonorum ipsius heredis, & recipiet fructus ex eis? & dicas quod non. non enim videntur cessasse in soluendo legato. nam huiusmodi personis quæ sunt indefensæ, non debet nocere frustratio siue cessatio, vel mora in soluendo legato vel fideicommissio, & idem est si hereditas iacuerit aliquo tempore dictis sex mensibus. nam illud tempus quo iacuit hereditas, est detrahendum de medio siue de dictis sex mensibus, ita quod in eis non computetur. Sed quid faciet heres de fructibus quos percepit ex rebus hereditatis (de quo herede dictum est in principio) in quas missus est dictis sex mensibus? nunquid cedent ij fructus in vicem vsurarum quæ debentur ex fideicommissis? & certe debent dicti fructus primùm imputari in vsuras quæ debentur ex fideicommissis: & postea si quid superfluum est in fructibus, debet computari in sortem legati vel fideicommissi. nam in hoc pignore prætorio sequimur exemplum pignorum conuenientium. nam sic est in fructibus pignorum conuenientium: & si ex dictis rebus heredis cessantis percepit legatarius amplius quam sibi deberetur, debet dari heredi etiam utilis actio, scilicet pignoratitia contra legatarium ad id superfluum sibi heredi reddendum: & hoc exemplo pignoratitiæ actionis quam habet debitor contra creditorem conuenientem, si creditor conuenientis percepit ex fructibus pignoris quod sibi debetur. nam illud superfluum petit debitor ab eo per pign. ac. quamuis autem in duobus assimilatum est hoc pignus prætorium pignori conuenientali, tamen in tertio differunt: quia pignora scilicet conuenientalia potest creditor etiam distrahere, nedum fructus percipere: ex isto autem pignore prætorio potest legatarius tantummodo fructus recipere: & ideo permittit constitutio imperatoris Antonini hunc legatarium percipere fructus, vt festinetur ad sententiam siue mentem constitutionis eiusdem, quæ voluit satisfieri legatario secundum voluntatem defuncti: non autem potest legatarius talis pignus prætorium vendere. hoc dicit vsque ad. §. qui legatorum. Viuianus.

l Certis. hic incipit constitutio seu rescriptum principis vsque illuc,

a] Limita dolum in delictis, & latam culpam æquiparari, nisi esset impennda pena corpor. lis: quia dolum requiritur. in l. i. ad l. Cor. de fca. Alex. in l. 2. in prin. §.

quod quis que iur. & quando dolum & lata culpa æquiparentur, vi de per Aug. in l. si mora. §. solu. mat.

Dolus.

luc, satisfactionis &c. vbi incipit exponere.

a Si post. sub. scilicet si post &c. ad quod. C. eod. l. circa. &c. j. ne vis fiat ei. l. si quis. §. constitutum.

b Inde. id est ex rebus heredis.

c Percepturos. scilicet legatarios. & quid de eis fiat, dicitur. j. eo. §. quæri.

d Quoad. i. donec.

e Satisfiat. per solutionem, nõ per satisfationem: vt. j. proxi. dices.

f Aduersus eos. puta legatarios vel fideicommissarios singulares rogatos restituere id quod eis est relictum, per partem, vel pro eo aliud: vt j. eo. §. missio autem.

g Satisfactionis. hic incipit exponere rescriptum.

h Patet. vt. s. de pign. actio. l. si rem. §. omnis. hic tamen strictè ponitur pro solutione: vt & j. de solut. l. satisfactio. & hoc si dies cesserit: vt subiicit, quia mora &c.

i Remissa. à testatore: vt. s. eo. l. j. in prin. vel à lege, quod fit in casibus not. s. titu. j. l. j. in prin.

k Non possessionum. habeas possessionum: & est sensus, quod tēpus quo fuit in possessione rerū heredis ex hoc rescripto, non computatur in spatio sex mēsiū. Alij

quod tempus quo fuit in possessione rerum hereditariarū ex hoc edicto, non computatur in sex mensibus. hoc non placet. Vel verius si petat satisfari & non satisfidatur, statim fit missio in hereditariis rebus, & post sex menses ex die dictæ petitionis fit missio in bonis heredis, & statim post sex menses capit fructuum de bonis heredis: non autem expectatur perceptio fructuum per sex menses post missionem. & hoc dicit. & secundum hoc dic non possessionum, id est ex die datæ possessionis computandum. Alij dicunt possessionem, id est non bonorū possessio: quod est vtile: vt. j. quis or. in bo. pos. ser. l. ij. §. dies. Accursius.

l Hereditas. iacens. & nõ. quod iacendo dicitur currere tempus: quia tempus labitur vsque dum heres adibit. & est hoc in rescripto: secus in edicto huius titu. vt. s. l. j. §. non exigit. & §. fin. & facit cum eo quod est hic. C. de vsur. l. si parte. & s. de vsur. l. pecuniæ. & l. cum quidam. §. si pupillo. Sed argu. contra. j. de no. ope. nun. l. operis. & s. de nau. fœn. l. fina. **ADDITIO.** Dic quod in l. operis, loquitur in nuntiatione quæ requirit moram, quæ mora in casib⁹ huius. §. legitime contrahi non potest: vt. l. si ex legati causa. j. de verb. oblig. Ad. l. fin. s. allegatam respõde & dic quod ibi loquitur in pœna quæ ex contractu defuncti descendit, & ideo iacente hereditate committitur: vt. j. de verb. oblig. l. diem. hic autem ex rescripto non fit missio in bonis hereditariis nisi ex modo ipsius non soluendo, quæ non potest committi iacente hereditate, cum per additionem incipiat deberi: vt. s. eo. l. j. §. fin. & l. si nemo. de re iudi. secundum Barto. & Oldra.

m Hi fructus. qui percipiuntur ex rebus heredis.

n Quæ. scilicet vsuræ.

o Debentur. post moram: vt. s. de leg. ij. l. si quis seruo.

p Pignorum. conuentionalium. nam & hic est pignus prætorium. Accursius.

q Imputari. sic enim fit in conuentionali: vt. C. de pign. actio. l. j. & ij. & hoc si dies cesserit: aliàs seruatur ex edicto: vt. j. eo. §. qui legatorum. Accursius.

r Actio. scilicet pigneratitia. sic enim est in conuentionali: vt supra de pign. act. l. quamuis. & l. seq.

s sed pignora. scilicet conuentionalia.

t Tantum ei. vt. s. de leg. j. l. filiusfamilias. §. iidem principes.

u Festinetur. aliàs festinet. heres, vel dic legatarius.

x Ad sententiam. scilicet dandam de soluendo legato. Vel dic sententiam constitutionis quæ est vt satisfiat: vt. j. eo. §. satisfieri.

Qui legatorum. **CASVS.** Nunc reuertitur ad edictum prætoris, nam supra proxi. §. dixit cum fit missio ex constitutione principis ff. Infort.

post sex menses in bonis heredis. dicas ergo hic quod ille qui mittitur in possess. rerum hereditariarū, ex eo quod heres non satisfiat ei, debet custodire fructus &c. scilicet qui sunt in hereditate, & in quibus est missus. & ratio quidem est heredem colere agros, & posse redigere fructus, scilicet heredem ex illis agris, sed

oportebit legatariū custodire fructus ne ab herede consumatur. quod si heres nolit fructus colligere, certè permitendum erit legatario missio in possessionem colligere fructus, & collectos seruare: veluti si tales sint fructus quos expediat vendi etiam primo tēpore quo sint collecti: puta quia non possunt seruari. erit etiam hoc officium legatarij in possess. missi etiam in cæteris rebus hereditariis. nedum in fructibus, scilicet vt colligat vniuersas res hereditarias, & custodiat ibi vbi defunctus habuit domicilium: & si nulla domus sit sua, scilicet legatarij vel testatoris ibi vbi defunctus testator habuit domicilium, conducat habitationem vel horreum in quo custodiatur res hereditariæ collectæ: & ita debet idem legatarius custodire res hereditarias, scilicet in quibus missus est, vt heredi non auferantur neque pereant, deteriorésve fiant. si autem mittatur quis, scilicet legatarius in possess. rerum hereditariarum ex constitutione scilicet imperatoris Antonini post sex menses, de qua dictum est supra ea. l. §. imperator Antoninus. cauendum siue curandum ne fiat vis eidem legatario videnti & fruendi subaudi: & si heres vellet colere legatario inuito, non audiretur: quia secus est si esset missus in poss. ex edicto prætoris: vt supra videre potuisti, & hoc casu cum mittitur in bonis hereditariis ex constitutione. vnde siue ex bonis heredis, siue donec voluntati defuncti satisfiat: vt dicto. §. imperator Antoninus. ij. respon. satisfiat voluntati defuncti, quod

Pignoratitia habet locum pro pignore prætorio sicut pro conuentionali. Bartolus.

Quæri poterit, an in vicem vsurarum hi fructus cedant, quæ in fideicommissis debentur. Et cum exemplum pignorum sequimur: id quod ex fructibus percipitur, primum in vsuras, mox si quid superfluum est in sortem debet imputari.

Quinimmo & si amplius quàm sibi debetur, perceperit legatarius: exemplo pigneratitiæ actionis etiã utilis actio ad id refundendum dari debet. Sed pignora quidē quis & distrahere potest: hic autē frui tantū ei constitutio permisit, vt festinetur ad sententiam. Qui legatorū

reditarias, scilicet in quibus missus est, vt heredi non auferantur neque pereant, deteriorésve fiant. si autem mittatur quis, scilicet legatarius in possess. rerum hereditariarum ex constitutione scilicet imperatoris Antonini post sex menses, de qua dictum est supra ea. l. §. imperator Antoninus. cauendum siue curandum ne fiat vis eidem legatario videnti & fruendi subaudi: & si heres vellet colere legatario inuito, non audiretur: quia secus est si esset missus in poss. ex edicto prætoris: vt supra videre potuisti, & hoc casu cum mittitur in bonis hereditariis ex constitutione. vnde siue ex bonis heredis, siue donec voluntati defuncti satisfiat: vt dicto. §. imperator Antoninus. ij. respon. satisfiat voluntati defuncti, quod sic accipitur, quod ad voluntatem defuncti vel ex fructibus rerum heredis vel aliunde satisfiat: & pertinet dicta constitutio diui Antonini ad omnes illos à quibus vtiliter fideicommissam relictum est: quamuis non sint heredes illi à quibus fideicommissum vtiliter est relictum. par enim vtilitas est in heredibus à quibus relictum est fideicommissum ex vna parte, & in eis non heredibus à quibus vtiliter fideicommissum relictum est ex alia parte: vnde non est mirum si dicta constitutio habet ita locum in eis sicut in heredibus. [IN POSSESSIONEM MISSVS.]

Si legatarius est missus in possess. causa legatorum seruandorum, & litem eo nomine contestatus sit cum aliquo qui conuenit eum super aliqua re de illis in quibus est in possess. missus: non debet ante decedere de possess. quàm ei per heredem fuerit cautum pro lite prædicta. [MISSVS IN POSSESSIONEM.] Si legatarius est iussus mitti in possess. rerum hereditariarum ex eo quod heres ei non satisfiat de legato soluendo, de quo dictum est supra titu. j. leg. j. ij. respon. & supra ea. leg. §. qui in possess. vel est missus in possessionem rerum heredis ex constitutione Antonini ex eo quod heres non satisfecit ei intra sex menses, de quo habuisti supra ead. leg. §. imperator. & heres non admittit eum volentem intrare possess. habet idem legatarius edictum ne vis fiat, propositum. si autem non vult proponere interdictum, sed magis vult introduci in possess. ipso facto, introducendus est in possess. aut per viatorem, aut per officialem præfecti, aut per magistratus. Missio autem locum habet, scilicet ex dicta constitutione imperatoris Antonini, non tantum si quis legatarius sit rogatus restituere alij totum id quod legatum est sibi: verumetiam si rogatus fuerit restituere alij: vel quasi: id est aliquid ex eo quod sibi legatum est: id est dicere, siue rogatus sit restituere alij totum id quod est legatum sibi, siue partem ex eo, siue aliud pro eo. Viuanus.

† Cōcor. cū hoc. §. c. quoniam frequenter §. in aliis vero cū glo. super verbo affectus. ante fin. extra vt lit. non contest. & glof. i. in c. veritatis. in me. ibi, & ita vterque extra de dolo & cōtumacia.

a *Mittitur*. ex edicto prætoris, sed superiori. §. loquitur cum sit missio ex constitutione sine rescripto principis secundum H. idem tamen dicam fieri de his fructibus quod de illis dictum est.

b *Nolit cogere*. aliàs est in textu, colere, aliàs, cogere. & tunc dic, id est nolit colere agros, & sic nec fructus coget. i. congregabit.

c *Cogere fructus*. i. colere, & sic cogere.

d *Primo quoque tempore*. statim quod sunt collecti: quia non possunt feruari. ad quod est infra de ven. in poss. mitten. l. j. §. item si periculum. & de Carbo. edict. l. sed si is. §. quoties. & supra de mino. l. & si sine. §. j. & C. de admitt. l. lex quæ. in fi. & l. seq. in fin.

e *Domicilium*. quod est ubi maiorem partem fortunarum habuit: vt. C. de incolis. l. ciues.

f *Nulla domus*. sua vel testatoris.

g *Ex constitutione*. posita. §. ea. l. §. imperator. quæ est de rebus heredis post sex menses.

h *Ne vis*. vt infra ne vis fiat ei. l. si quis. §. constitutum. & sic si heres vellet colere, non auditur isto inuito: quod est secus in superiori causa. Item in alio differt constitutio ab edicto: vt not. §. cessatum. in fin. §.

i *Fructibus*. vt & supra §. quæri.

k *Satisfiat*. hic exponitur verbum positum in constitutione. §. cod. §. imperator. H.

l *Constitutio*. quæ est in §. imperator.

m *Vtilitas est*. ergo idem ius: vt. j. de verb. oblig. l. à Titio.

n *si*. id est quamuis.

o *Eo nomine*. id est pro legato petendo ab herede. H.

p *Pro lite*. id est pro expensis litis, vel pro aliis factis occasione rerum in quas missus est: vt. §. ead. l. §. si alius. & §. qui legatorum. vel pro lite, id est pro eo quod est in lite, scilicet pro legato. & dices cautum, id est satisfidatum: vt. j. eo. l. si pecuniæ. §. j.

q *Missus*. id est mitti iussus.

r *Propositum*. ne vis fiat ei, aut &c. scilicet si magis voluerit. & hoc habet locum siue ex hoc edicto, siue per constitutionem imperatoris fiat missio. & est hoc interdictum prohibitorium & restitutorium vt. j. ne vis fiat ei. l. si quis missum. in prin. & §. j. & §. ij. & facit. j. de dam. infect. l. si finita. §. pen. & l. damni. §. non solum. & de no. oper. nun. l. prætor. §. deinde. Hug.

f *Missio*. ex constitutione, sub. nam aliud est per edictum prætoris: vt. j. ea. l. §. si Titio. & dixi. §. e. §. qui legatorum. Accur.

t *Legatum*. sibi.

u *Fuerit rogatus*. scilicet restituere.

Si Titio.] C A S V S. Ponamus quod Martinus instituit sibi heredem Petrum, & Titio pure legauit. x. & eius Titij fidei commisit sub conditione vt Sempronio restitueret dicta decem, & decessit dictus Martinus. nunc Sempronius fideicommissarius conditionalis decem petit à Titio, cum dicta decem legata sunt pure: & antequam dictum legatum de decem consequatur, vt satisfidat idem Titius eidem Sempronio nomine dicti fideicommissi conditionalis, & Titius non satisfidat ei, certe non iniquè statuet prætor vt magis det ipse emptor persecutionem dicti legati Sempronio fideicommissario conditionali, scilicet contra heredem: magis dico quàm contrarium, vel quàm Titio legato cui erant legata pure dicta decem: ita scilicet vt hic Sempronius fideicommissarius reddat dicto Titio legato reddi ei Titio. x. deficiente condi-

tionem fideicommissi ipsi Sempronio relictæ. Sed quid si Titius legatarius acceperit iam ab herede dicta decem sibi pure legata: certe æquum est cogi eum Titium inuicem satisfidare Sempronio fideicommissi. scilicet quod dabit eidem Sempronio fideicommissum adueniente conditione fideicommissi: vel si nolit hoc casu

Titius satisfidare Sempronio, debet dicta decem dare eidem Sempronio, & tunc Sempronius debet cauere siue satisfidare Titio de restituendis ei decem si defecerit conditio fideicommissi ipsius Sempronij. Habuimus ergo supra quando legatum Titij fuit purum, & fideicommissum Sempronij relictum sibi à Titio fuit conditionale. Sed quid si legatum de decem prædictis sit relictum Titio sub conditione si naus ex Asia venerit: & fuit per fideicommissum rogatus Titius de restituendis dictis decem Sempronio sub conditione si Titius consul factus fuerit: neque nomine fideicommissi satisfidetur, scilicet Sempronio per Titium legatarium: certe si ei Sempronio Titius legatarius non caueat per satisfidationem, æquissimum erit Sempronium fideicommissum accipere siue satisfidationem ab herede nomine legati, scilicet vt & ipse legatarius Titius caueat fideicommissario hoc. §. quod cauit heres. nam licet cauerit heres fideicommissario, nihil minus eidem fideicommissario debet cauere legatarius. & hoc est in litera, vt & ipse legatarius hoc caueat. dicam forte vt & ipse fideicommissarius caueat legatario hoc, scilicet quod reddet legatario dicta decem si peruenerit aliquo modo ad fideicommissarium, & postea deficiat conditio fideicommissi, & existat conditio legati. Sed quid si Titius cui legata fuerunt decem sub conditione si naus ex Asia venerit, acceperit iam ab herede satis siue satisfidationem de legato sibi soluendo si naus ex Asia venerit. subaudi, nec vult idem legatarius cauere siue satisfidare Sempronio fideicommissario cui per testatorem fuit relictum ab eodem legatario fideicommissum sub conditione si Titius consul factus fuerit: certe decernendum erit magis dandam actionem, scilicet ex stipulatu contra heredem Sempronio fideicommissario, quàm Titio legato ex ea satisfidatione quam accepit idem Titius legatarius ab herede, in eo scilicet casu ex quo extitit conditio fideicommissi eius Sempronij. & hoc eodem casu, scilicet cum non est solum Titio per heredem legatum, sed tantum ei est satisfidatum, & ipse Titius legatarius non vult satisfidare Sempronio fideicommissario: danda erit fideicommissario persecutio, scilicet per actionem utilem ex testamento etiam ipsius legati Titio sub conditione relictæ, si conditio eius legati extitit, scilicet si fideicommissarius fuerit paratus cauere legatario deficiente scilicet conditione fideicommissi reddi legatario per fideicommissum decem legata sub conditione eidem legatario cuius conditio legati iam extitit, vt dixi. Viuianus.

Si legatarius à quo relictum est fideicommissum, non cauet fideicommissario suo. fit missio in ea re vel iure quod habet pro legato, vel eius occasione. Bartolus.

Si Titio pure legatum fuerit, & eius fidei commissum sub conditione, vt Sempronio restitueret: non iniquè prætor statuturum Iulianus scripsit, si antequam legatum consequatur legatarius, fideicommissi conditionalis satis non det, vt magis Sempronio det legati persecutionem, vt is legatario satisfidat

x *Fuerit*. puta decem.
y *Legatarius*. Titius.
z *Non det*. scilicet Sempronio.
a *Vt magis*. scilicet quàm contrarium.
b *Persecutionem*. contra heredem.
c *Vt is*. scilicet Sempronius satisfidat Titio &c.

a Titius. legatarius.

b Eum. Titium.

c Inuicem satisfidare. id est Sempronio: vel tradere decem, & recipere satisfactionem à Sempronio de reddendo si sua conditio deficiat: vt in superiori. §. & facit supra titu. j. l. postquam. §. j. Sed arg. contra infra de dam. in fe. l. qui bona. §. si quis quia. & supra de edendo. l. si quis ex argentariis. §. prohibet.

d Neque fideicommissi. scilicet nomine.

e Satisfidetur. à fideicommissario.

f Vt ipse. fideicommissi. legatario caueat, scilicet quòd reddet in defectum suę conditionis, scilicet si existeret conditio legatarij. & sic est in litera, vt & ipse hoc caueat. sed quo modo reddet quòd nō habet? habeas ergo in litera, vt etiam ipse legatarius. nam licet cauerit heres, nihilominus & legatarius.

g Dandam actionem. ex stipulatu.

h Persecutio. per actionem vtilem ex testamento. Accursius.

i Solutum. scilicet legatario.

k Eius. scilicet legati, non fideicommissi.

l Legatario. de reddendo, cum legatarius non caueat, & facit. s. titu. j. l. j. §. si decem. cum seq. & s. ad exhi. l. Iulianus. §. si tibi decem.

S I pecunia.] CASVS.

Ponamus quòd Titius instituit sibi heredem Seium, & legauit Sempronio vsumfructum pecunię numeratę, puta centum libras, & in eodem testamento cauit idem Titius vt nemini satisfidaretur, indefinite loquendo, & non exprimendo super quo volebat imponi satisfidationem. duobus enim modis potuisset interuenire satisfidatio si testator non dixisset vt nemini satisfidaretur. vno modo de legato præstando ab herede legatario, quam præstaret heres legatario. alio modo de restituenda tanta pecunia heredi per legatarium finito dicto quasi vsumfructu pecunię numeratę, quam præstaret legatarius heredi. nunquid dicta satisfidatio quam debet legatarius facere heredi, videtur ei taliter remissa quòd non teneatur satisfidare heredi, & sic sit ei proprietās pecunię legata? nam cautio consuevit esse apud heredem loco proprietatis: vt supra de vsumfructu. ea. re. quę vsu con. leg. ij. in fine. & dic quòd non est remittendum legatario satisfidare prædicto modo heredi, & vsumfruct. pecunię habere: & propterea in hanc propositionem nullę erunt partes prætoris, scilicet ad cogendum heredem dare pecuniam legatario antequam ipse legatarius heredi satisfidat: quia nisi satisfidetur heredi per legatarium, agi cum herede non poterit. & secundum hoc nihil responderetur hic de satisfidatione quam solet præstare heres legatario de soluendo ei legato: de quo dic vt not. titu. j. l. ij. & leg. fina. [VI FIDEICOMMISSI.] Si fideicommissarius est missus in possess. causa seruandi fideicommissum, ex eo quòd heres non satisfidabat ei de fideicommissio ei soluendo, non debet prius decedere de possess. quàm fuerit ei solutum fideicommissum, aut eo nomine per heredem satisfidatum. bene autem tenetur decedere de possessione si ei solutum est fideicommissum, & eo nomine per heredem satisfidatum: & est ratio ad hoc, quia cum offertur scilicet nunc post missionem in possess. per heredem fideicommissario id quod si integra re, id est ante missionem fieret, non mitteretur in possess. fideicommissarius, id est cum offertur fideicommissario solutio vel satisfidatio, & etiam fiet ei solutio vel satisfidatio, discedere à possess. debet, scilicet fideicommissi. & secundum hoc est talis litera. nam quod si integra ff. Infort.

deficiente conditione reddi decem. Sed & si acceperit Titius ab herede decem, æquum esse Iulianus ait, cogi eum inuicem satisfidare, aut ipsa decem tradere, & Sempronium Titio cauere. & hoc iure vtimur. id enim & Marcellus ait. Quid ergo si & legatum sub conditione sit relictum, & fideicommissum, neque fideicommissi satisfidetur? Æquissimum erit fideicommissarium nomine legati satis accipere ab herede, si ei legatarius non caueat, scilicet vt & ipse legatario caueat. Quòd si iam accepit legatarius ab herede satis, decernendum erit ex ea satisfidatione magis fideicommissario quàm legatario dandam actionem, in eum scilicet casum quo fideicommissi eius conditio extitit. Ipsi etiam legati persecutio danda erit fideicommissario, si nondum solutum est, & conditio eius extitit, scilicet si fuerit fideicommissarius paratus cauere legatario. !

Legato vsumfructu pecunię numeratę, legatarius tenetur satisfidare heredi, licet testator satisfidatione exigi prohibuerit. h. dicit.

re fieret, in possess. non mitteretur: id cum offertur, discedere debet à possessione, &c. Viuianus.

m vsumfructus. id est quasi: vt institui. de vsumfruct. §. constituitur. Accursius.

n Satisfidaretur. à legatario: per quod videbatur proprietās legata.

VI. IULIANVS libro trigesimo octauo Digestorum.

S I pecunię numeratę vsumfructus legatus esset, & in testamento cautum, ne eo nomine satisfidaretur: proprietās non est legata, sed legatario permittendum satisfidare, & vsumfructum pecunię habere: & pro modo in hac propositione nullę prætoris erunt partes, quia nisi satisfidetur, agi cum herede non poterit. Qui fideicommissi seruandi causa in possessionem missus est, non prius de possessione decedere debet, quàm ei fideicommissum solutum, aut eo nomine satisfidatum fuerit. Nam quod si integra re fieret, in possessionem non mitteretur: id cum offerretur, discedere à possessione debet.

VII. MODESTINVS libro tertio Regularum.

D Vm venter in possessione est, nullus legatorum seruandorum causa in possessionem esse potest. f

VIII. PAPINIANVS libro sexto Questionum.

S I legatorum satis non datur: restituta hereditate, concordantiis. Accursius.

D Vm venter.] CASVS. Mortuo testatore qui legata quibusdam reliquit, & qui reliquit vxorem prænantem, missio ventre in possessionem, id est vxore nomine ventris: nullus potest esse in possess. causa legatorum seruandorum. Viuianus.

r Dum venter. id est mulier nomine ventris.

f Esse potest. & est ratio, quia nato posthumo rumpitur testamentum: & sic legatum nullum. hoc non valet: quia & herede deliberante sit missio, & tamen poterit esse nullum: vt supra eodem. l. j. §. fin. vel est ratio fauor ventris, cui fauetur & aliàs: vt supra de sta. ho. l. qui in vtero. Vel tertio, quia missio ventre in possess. curator datur bonis: & sic est consultum legatariis & creditoribus: vt infra de ventre in possess. mit. l. j. §. quoties. & §. mulier. & §. eligere. secundum Hug. sed hoc nil valet: quia & per heredem est consultum, & tamen satisfidat. Item quid dices si est facta missio ex Carboniano edicto? Respon. idem quod hic: maximè quia speratur controuersia de hereditate vniuersali: cui non debet fieri præiudicium: quę ratio tamen hodie cessat: vt. C. de peti. here. l. fin. in princip. & §. j.

S I legatorum.] CASVS. Ponamus quòd Titius instituit sibi heredem Seium, & legauit Gaio centum, & vnum equum, & rogauit Seium heredem quòd restitueret hereditatem Sempronio, & decessit dictus testator: & Seius heres restituit hereditatem Sempronio. petit nunc Gaius legatarius à Sempronio cui est restituta hereditas, vt satisfidat nomine legatorum, & Sempronius non satisfidat ei. Certè Gaius legatarius mittendus est in possessionem etiam earum rerum quę deserunt esse in causa hereditaria dolo malo eius Sempronij cui restituta est hereditas: subaudi nedum earum quę sunt in hereditate. Viuianus.

r si legatorum. scilicet nomine.

u Non detur. à Trebel. successore. & facit. s. eod. l. is cui. §. qui in possessionem. & §. si heres. & s. tit. j. l. etiam. §. j. & l. si ex causa.

x Hereditate. per Trebellia.

Nam cautio consuevit esse apud heredem loco proprietatis: vt supra de vsumfruct. ea. re. l. ij. in fin. Alij dicunt quòd prohibuit vtrūque, scilicet cautionem de legato præstando ab herede: & de restituendo: vt primum valeat, secundum non.

o Satisfidare. de restituenda tanta pecunia si moriatur, aut capite sit minutus: vt supra de vsumfruct. ea. re. l. in stipulatione. Accursius.

p Nisi satisfidetur. scilicet heredi. Et sic not. quòd non potest remitti hæc cautio: sed illa quę heres præstare debet, sic: vt. C. eod. l. scire. & ibi est ratio, vt supra titu. j. l. licet. Accursius.

q Non mitteretur. id est non fieret missio &c. & facit supra tit. j. l. si legatarij. & l. postquam. §. imperator. sed in casibus differt: quia prius postulat mitti in municipium: non post, nisi possessio fuerit data sine culpa heredis: vt supra qui satisfidat. cogatur. l. de die. §. heres. & §. seq. Item postea potest fecisse expensas quas recuperat antequam discedat: vt supra eodem. l. is cui. §. si alius. cum suis

† In archetypo & veter. corrupte, propterea, vel vt in alijs protendendum. Vide Taurel, in adnotat.

* Marcianus.

Etiam.] **CASVS** Si legatarius petit legatum ab herede, puta. c. ei legata, & heres condemnatus est ei in ea pecunia, & post condemnationem non soluat heres legatario dictam pecuniam, nec ei satisfacit, de ea soluenda subaudi: potest legatarius desiderare mitti in possessionem rerum hereditariarum ex hoc edicto. nam & pro pre-

fenti legato satisfatur: vt supra titu. j. in princ.

[CVM SVB CON-

DITIONIBVS.]

Legavit Titius Seio do-

num Titianam ponamus sub conditione, si

navis ex Asia venerit vs

que ad mensem: & eadem domum legavit

Gaio sub conditione si

navis ex Asia non venerit vsque ad mensem.

certe si non caueatur eis per heredem, vterque

mittitur in possess. scilicet ex edicto hoc. & hoc potest dici extra casum,

q̄ si caueat eis, sit eis cauendum sub conditione: vt si teneatur vni,

non teneatur alteri: vt no. supra titu. j. l. sed & ipsi. ij. respon. Viuia.

a Etiam. facit supra titu. j. l. j. §. plane. & l. etiam.

b sub conditionibus. & facit supra titu. j. l. sed & ipsi. cum concor.

SI inutiles.] **CASVS**.

Si heres non satisfacit legatariis vel fideicommissariis, & propter hoc debet mitti in possessionem rerum hereditariarum: vt supra eodē. l. is cui. §. qui in possess. & res hereditarie sunt inutiles in quas legatarij vel fideicommissarij mittantur, siue mitti debeant, ita scilicet sint inutiles vt legatarij vel fideicommissarij in earum poss. venire non possint, vt quia sunt incorporales, quæ non possidentur: vt infra de acquiren. re. domi. seruus. §. incorporales. puta quia sunt in hereditate nomina siue actiones tantum, in rem siue in res quidem heredis mitti non possunt ante sex menses: sed per prætorem denegatur heredi hereditarie actiones, & legatarij eas possunt persequi: dicas tamen extra casum, quod post sex menses bene possunt legatarij mitti in possessionem rerum hereditariarum: vt. s. eo. l. is cui. §. imperator. alij habent principium huius legis, si nullæ sint res &c. & tunc dic nullæ, scilicet corporales: sed incorporales sic: & erit similiter plana. Viuianus.

c si nullæ. aliàs, si nullæ. aliàs, si inutiles, quod tantundem valet: vt. s. quod cuiusque vniuersi. no. l. j. §. pe. cum concor.

d Res corporales.

e Heredis. nisi post sex menses ex constitutione Autonini: vt. s. eo. l. is cui. §. imperator.

f Ipsi. legatarij. & est sic. j. de re iudica. l. à diuo Pio. §. j. & §. sic quo que & s. quod cuiusque vniuersi. l. ciuitates.

SI fideicommissum.] **CASVS**. Titius (ponamus) instituit sibi heredem Seium, & tibi Gaio reliquit legata vel fideicommissa, & mihi reliquit equum suum per fideicommissum, & decessit dictus Titius: & tu Gaius petisti à Seio herede vt satisfaret tibi de legatis vel fideicommissis relictis: & cum tibi non satisfaret, fuisti missus in possessionem rerum hereditariarum causa seruandorum legatorum, vel fideicommissorum: inter quas res hereditarias tenes eam rem quæ erat mihi relicta per fideicommissum, id est, dictum equum. certe verius est me cui ea ipsa, scilicet res relicta est, eam habere scilicet debere potius quàm te qui esses ingressus

in earum quoque rerum possessionem legatarius mittendus erit, quæ dolo malo eius cui restituta est hereditas, in hereditaria causa defierunt.

IX. IDEM libro nonodecimo *Questionum.*

Etiam **a** si condemnatus heres fuerit, nec pecuniam soluat: legatarius potest desiderare mitti in possessionem. Cum sub conditionibus **b** contrariis eadē res duobus legatur: si non caueatur, vterque mittitur in possessionem.

X. PAVLVS libro tertio *Sententiarum.*

SI nullæ **c** sunt res **d** hereditariæ in quas legatarij vel fideicommissarij mittantur, in re quidem heredis **e** mitti non possunt, sed per prætorem denegatas heredi actiones ipsi **f** persequuntur.

XI. HERMOGENIANVS libro quarto *Iuris Epitomarum.*

SI fideicommissorum vel legatorum seruandorum causa missus in possessionem, eam rem teneas quæ mihi per fideicommissum relicta esset: æquius est **b** me eam habere, cui ea ipsa relicta est, quàm te, qui alterius fideicommissi nomine ingressus in eam esses. Nam & si mihi sub conditione legatum sit, & tu medio tempore in possessionem eius factus ***** fueris legatorum

delibe. l. fi. §. sed & si legatarij. & facit ad. §. principium huius legis. Accursius.

Municipio.] **CASVS**. Municipio bene potest relinqui fideicommissum. & si municipibus non caueatur per heredem nomine fideicommissi, non assequuntur municipes vt mittantur in possessionem rerum hereditariarum ex hoc edicto: sed erit opus extraordinario auxilio, videlicet vt decreto prætoris actor eorum in possessio. mittatur. sed si municipium sit institutum heres, & ab eo legata vel fideicommissa relicta, & non caueatur à municipio legatariis vel fideicommissariis: aduersus municipes quidem non dubitamus posse iri in possessionem ex hoc edicto. Viuianus.

En fideicommissum. vniuersale: vt. s. ad Trebel. l. omnibus. & singulare: vt. s. de leg. j. l. si heres. §. j. & l. ciuitatibus. Accur.

o si non caueatur. à municipio instituto herede vel successore per Trebellia. alicui singulari legatario.

p Municipes. si ipsi debeant legatum.

q Ipsos. cum eis est legatum, vel ipsi municipio.

r Affectuosos. scilicet possessionem: quia vniuersitas facile cōsentire non potest: vt. j. de lib. vniuersi. l. j. cum concor.

f Actor. vel seruus: vt. j. de acquir. poss. l. ij. & s. quod cuiusque vniuersi. no. l. fi. & ad Trebel. l. ita tamen. in princip.

Quamuis.] **CASVS**. Si heres non soluat legatum vel fideicommissum legatario vel fideicommissario, vel eo nomine non caueat cum satisfactione legatario vel fideicommissario, cum scilicet caueri oportet: prætor mittit legatarium siue fideicommissarium in possess. omnium bonorū quæ sunt ex ea hereditate

in eam nomine alterius fideicommissi. & probat hoc per duo familia quæ sunt satis plana vsque ad. §. si rei seruandæ &c. ibi autem dicas quod si proprius creditor heredis missus esset in possessionem omnium bonorum causa rei seruandæ, siue debiti sui seruandi, & fuisset adeptus possessionem rei per fideicommissum mihi per testatorem relicta, puta dicti equi, ea occasione quia missus erat in possessionem causa rei seruandæ, conuenit me nihil lædi oportere peride siue ex hoc quod fuit adeptus poss. dicti equi, non magis quàm si idem creditor heredis accepisset pignori eam rem mihi per fideicommissum relicta. accepisset pignori dico ab ipso herede: quo casu sine dubio non deberet lædi: vt. C. cōmunia de le. l. fi. §. sed quia nostra maiestas. Viuianus.

g Equius est. sic. C. de pigno. l. fi. & authen. ibi posita. & s. de pecu. l. ex facto. §. plane si ex re public. & de tribu. l. procuratoris. §. sed & si dedi. Hugo.

h Persecutio. i. actio in rem quæ contra quēlibet tenentem datur: vt. s. de rei vindi. l. officiu. sed an actio ex testamento datur: & videtur q̄ sic: vt. C. cōmunia de lega. l. j. & ij. & s. tit. j. l. j. §. plane. & l. is cui. §. fin. Hug.

i Ex eadem causa. scilicet legatorum.

k Non potes. aliàs, non potest, scilicet talis missio: vt. C. cōmunia de lega. l. fina. §. fin autem. & authen. ibi posita.

l Missus. in omnia bona: vt. j. eo. l. quamuis.

m Heredis. secus in hereditario: quia præferatur mihi: vt. C. de iure

in eam nomine alterius fideicommissi. & probat hoc per duo familia quæ sunt satis plana vsque ad. §. si rei seruandæ &c. ibi autem dicas quod si proprius creditor heredis missus esset in possessionem omnium bonorum causa rei seruandæ, siue debiti sui seruandi, & fuisset adeptus possessionem rei per fideicommissum mihi per testatorem relicta, puta dicti equi, ea occasione quia missus erat in possessionem causa rei seruandæ, conuenit me nihil lædi oportere peride siue ex hoc quod fuit adeptus poss. dicti equi, non magis quàm si idem creditor heredis accepisset pignori eam rem mihi per fideicommissum relicta. accepisset pignori dico ab ipso herede: quo casu sine dubio non deberet lædi: vt. C. cōmunia de le. l. fi. §. sed quia nostra maiestas. Viuianus.

seruandorum causa, deinde conditio impleta sit: non denegabitur mihi eius rei integra persecutio. **h** Sic enim & si statuliberum ex eadem causa **i** possidere cœpisset, impleta conditio iustam libertatem eius impedire non potest. **k** Si rei seruandæ causa in possessionem missus **l** esset proprius creditor heredis, **m** & rei per fideicommissum mihi relicta adeptus fuerit, ***** nihil me per eum lædi oportere conuenit: non magis quàm si ab ipso herede eam rem pignori accepisset.

XII. MARCIANVS libro duodecimo *Fideicommissorum.*

Municipio fideicommissum **n** relinqui posse, dubium non est. Sed si non caueatur, **o** aduersus municipes **p** quidem non dubitabimus ex hoc edicto iri in possessionem posse. ipsos **q** vero municipes, si his non caueatur, non idem adsecuturos: **r** sed extraordinario remedio opus erit, videlicet vt decreto prætoris actor **r** eorum in possessionem mittatur.

XIII. CALLISTRATVS libro tertio *Edicti Monitorij.*

Quamuis minima res legata sit, vel per fideicommissum relicta: tamen

delibe. l. fi. §. sed & si legatarij. & facit ad. §. principium huius legis. Accursius.

